Niesluchowski arendat Solomonsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Premislien.
Nobilis Andreas Niesluchowski in Volgiszowice haeres, recedendo a iure suo quovis
tenutae et huic praesenti inscriptioni se et successores suos cum omnibus bonis suis quoad effe:
ctum inscriptionis praesentis mediante sanguine ac corpore eius ponendo palam recognovit
quia bona sua haereditaria villa Volgiszowice cum omnimoda dominio et proprietate
et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis pertinentiis fructibus proventibus atque utili:
tatibus generaliter universis quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus
nihil excipiendo pro se et suis successoribus sed ita prout solus tenuit et possidebat
Nobili Urbano Solomonski annuente suo et eius successoribus huic ab actu
praesenti computando ad decursum octo annorum proxime et immediate se
sequentium pro summa sexaginta florenorum pecuniae cuiuslibet anni arendavit
et modo arendae inscripsit. Quam summam sexaginta florenorum pecuniae idem Urbanus
Solomonski se et successores suos de omnibus bonis suis inscribit et obligat
eidem Andreae Niesluchowski et eius successoribus quolibet anno usque ad decursum
octo annorum se sequentium pro quolibet festo [illegible] in castro Premisliensi totaliter
et plenarie dare et solvere et circa acta castren. Premislien. reponere et persolvere
sub vadio summae similis ratae cuiuslibet anni correspondentis hac conditione adie:
cta quod si et nihilominus quocunque anno durante eiusmodi arenda aliquid huic
in eisdem bonis arendatis tam pro insultus hostium aut voragine ignis
aut ob pestem inferatur extunc eo anno quo huiusmodi damna illata essent
ad totalem solutionem summae sexaginta florenorum pecuniae non erit astrictus
sed ex admonitione certorum amicorum ad id per se eligendorum
contentus esse debet. Per ipsum Urbanum Solomonski et eius successores
bona praefata arendata cum omnimodo dominio prout suprascriptum est tenenda
habenda possidenda pro usu suo et successorum suorum meliori et utiliori conver:
tenda huic usque ad decursum octo annorum sese continue sequentium et non ultius
extunc ex nunc coram officio praesenti dedit et admisit eidem realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem in bona praefata arendata per nitem
tertiam quemcunque. Et dictus ac tenebitur idem Andreas Niesluchowski et se
praesentibus cum suis successoribus super omnibus bonis suis inscribit et obligat eundem
Urbanum Solomonski et eius successores in dictis bonis arendatis ab omni:

quavis impetitione iuridica et extraiuridica omnibusque damnis et impedimentis quarum:
vis personarum sexus utriusque necnon ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et
posterioribus debitis evictionibus reformationibus advitalitatibusque cuiuscunque persona:
rum factis et faciendis ac omnibus litigationibus conditionibus Lucris pluris [illegible]
et damnis nadiusque [illegible] in bonis praefatis arendatis possit et ponendis perducendis
et producendis totiens quotiens necessarium fuerit tueri defendere pacificareque bonaque
praedicta munda et libera facere sub vadio simili sexaginta florenorum pecuniae monetae Polonicae.
Et hic idem stans personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Premislien. Nobilis Urba:
nus Solomonski recedendo a iure suo quovis tenutae et huic inscriptioni se successores ac bona
sua universa mediante sanguine ponendo palam recognovit se bona praefata apud praefatum
Andream Niesluchowski arendasse eaque non alio iure tenere et possidere solum:
modo arendae usque ad expirationem eiusdem qua quidem expirata extunc praefatus An:
dreas Niesluchowski in bona praefata ingredietur tanquam in sua propria et pro se nullam
violentiam faciet. Inscribitque se et successores suos super omnibus bonis suis idem
Andreas Niesluchowski inscriptionem praesentem castren. Premislien. arendoriam [illegible]
actis [illegible] tertia Premislien. ad cuiusvis anni decursum transferre et transpor:
tare sub vadio simili sexaginta florenorum pecuniae monetae pol. pro quoquidem vadio
et vadiis quaecunque ex causa incurrit et succumbendo si se ipse Andreas Nye
sluchowski cum suis successoribus eidem Urbano Solomonski et eius successoribus
et e converso idem Urbanus Solomonski eidem Andreae Niesluchowski citare
permiserit et successores permiserint. Extunc recedendo a iure et terminis suis qui:
buslibet coram iure Premislien. [illegible] in primo litigationis termino tanquam in
peremptorio stare et evadere ac pro praefato vadio a [illegible] non recedendo semotis
omnibus generaliter evasionibus praescriptionibus iuribus dilationibus appellationibus earumque
[illegible] prosequutionibus [illegible] dilationem non petendo poena tri:
marum et triplicis poena [illegible] vadium non evadendo ac aliis universis exco:
gitatis dilationibus satisfacere totiens quotiens necessarium fuerit tenebitur et successores
tenebuntur. Nulla praescriptione iuris obstante quod manu firmat est

Idem inscribit se eidem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Premislien.
Nobilis Andreas Niesluchowski recedendo a iure et terminis suis quibusvis
et huic praesenti inscriptioni se successores ac bona sua universa in toto quoad
actum effectumque praesentis inscriptionis mediante sanguine ac corpore
eius ponendo palam recognovit se et successores suos in et super omnibus bonis suis
haeres et obligans mobilibus et immobilibus ubicunque [illegible] in Regno habit